



novo atras fabas nanciscuntur. Verum & hic fucus facile detegitur, si subulâ vel alio quocunque acuto ferro falsa illa faba atteritur, quippe quæ hac methodo certò expungitur & abscedit, id quod in teneris Equis non fit. Ad hæc dentes nunquam adeo exactè artis beneficio efformari possunt, velut ipsa natura effingere eos solet. Equæ etiam nonnullæ caninos dentes accipiunt, non autem omnes, sed illæ tantum, quæ temperamento nimis calido gaudent; unde illæ ad generationem non adeo aptæ sunt, uti cæteræ, eò quòd paucos pullos pariant, & haud rarò profus infœcundæ sint; licet cæterò quin inter omnes laboribus maximè deditæ & constantissimarum virium esse perhibeantur.

CAP. VIII.

De Morbis Capitis.

Vix ulla pars totius equini corporis tot morbis obnoxia est, accaput, quod facile aliquid ex inferioribus partibus ascendens lædere potest; taceo, quòd Equorum caput naturâ non adeo forte sit; unde haud rarò fit, ut vel ipsum doleat, vel certè dolorem producat.

Sunt autem affectus capitis quadruplices. Prima species accidit in membranis cerebri, & dividitur trifariam; nempe in Cephalalgiam, Cephalæam & Hemicraniam.

schwarze Bohnen oder Kern / wann man aber mit einem scharffen Pfriemen oder spizigen Eisen darinnen gräbt / so kam mans auch wieder heraus thun / welches aber an jungen Pferden nicht geschehen kan; Zu deme so kan man einem Pferd die Zähne nimmermehr so gleich formiren / als sie ihme von Natur gewachsen. Die Stuthen bekommen auch zum theil / und nicht jedwedere Hacken / Zähne / sondern nur diejenige / welche sehr hitziger Natur sind / derowegen solche zum Gestüch und Generation nicht so tauglich als die andern / sintemal sie wenig Fohlen bringen / auch zum öfftern unfruchtbar / sonst aber für die allerarbeitsamste und dauerhaffte Pferde zu achten und zu halten sind.

Das VIII. Capitel.

Von den Haupt-Kranckheiten.

Es ist fast kein Theil an dem ganzen Leib eines Pferds so vielen Kranckheiten / als der Kopf unterworffen / dann gar bald etwas aus den andern Untertheilen des Leibs in dieses steigt / zu deme so ist auch das Haupt an sich selbst nicht zum stärckesten / deswegen es gar leichtlich Schmerzen an ihme selbst hat / oder dieselben herfür bringt.

Es sind aber der Haupt-Schmerzen viererley / als nemlich geschicht der erste Hauptschmerz in den Hirnsellen / und wird in dreyerley Sorten unterschieden / nemlich: Cephalalgia, Cepha-